

SS. et OO. relate ad Regnicolas e Regnis Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae oriundos penes Comunia Regni Hungariae Partiumque adnexarum Dicasteria, signanter Tabulam Septemviralem et appellatorium Cambio Mercantile applicandos clementer deferre dignaretur.

Articulus Decimus Quintus.

De objecto promovendae Linguae et Litteraturae Nationalis.

Erga interpositum e postremo generali Regnorum Congressu in eo petitum, ut ex respectu excollendae et perpoliendae Linguae et Litteraturae Nationalis altissimus indultus Comendatur, Eruditam Societatem errigendi, ut deinde tam in Accademia Zagrabiensi quam et quibusvis Gymnasiis Cathedra Linguae et Litteraturae Nationalis benigne Sythematisentur, nec non studium historiae Regnorum horum Epocham Conjunctionis cum Regno Hungariae praecedentis per Historiarum Professorem postliminio tradetur, Censoris denique muneri in Regnis adnexis non nisi Individua Linguae Nationalis exasse gnara admoveantur, dignabatur Sua Majestas Sacratissima Errectionem Cathedrae Linguae et Litteraturae Nationalis penes hujatem Regiam Accademiā disponere ac una ordinare, ut muneri censoris Zagrabiensis non nisi domesticus Patriae filius nationalis Linguae exasse gnarus admoveatur, iidem vero censores in publico politicis Ex. Comiti Regnorum Bano subordinentur, quas Benignas Provisiones SS. et OO. cum summa gratiarum actione exceperunt, ac una altefatae Suae Majestati supplicuerunt, ut praelaudatus Excell. Dominus Comes Banus in objecto Censurae directe ab Eadem Sua Majestate Sacratissima dependeat, utve quoad reliqua quoque supradeducta puncta favorabilem Resolutionem quo prius benigne edere ac una disponere dignaretur, ut Statuta etiam et Jura Municipalia Regnorum horum in hujate Accademia per Professorem Juris publici Regni Hungariae tradantur.

Et quia hac occasione Dominus Civitatis Carlostadiensis Deputatus Quae-
rimoniam proposuisset in eo, quod ejus Censor non sit natus Patriae filius, quod praeterea Linguam Nationalem non caleat, ideo Sua Majestas Sacratissima de genu interpellata est, quo praeviam benignam provisionem quoad Censorem Zagrabiensem editam per integrum recinctum adnexorum Regnorum extendendam clementer disponere dignaretur.

Quo autem indultus pro errigenda Erudita societate tanto celerius obtineatur, Excell. Dominus Comes Banus pro gratiose procuranda petiti hujus simulatione interpellatus est.

Articulus Vigésimus.

De favore Portubus Fluminensi et Segniensi concesso ad cunctos maritimi littoralis liberos Portus clementer extenso.

Benigna ddo. 28. Novembris a. prioris Nro. 18180/1640 edita Resolutio Regia, vigore cujus Sua Majestas Sacratissima erga Remonstrationem e postrema